










# Gospel for the Feast of the Transfiguration


Tonus antíquior

**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti  
 Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Jo-ánnem  
 fratrem ejus, et duxit illos in montem excélsu-m se-órsum: et transfigurá-  
 tus est ante e-os. Et respléndu-it fáci-es ejus sicut sol: vestiménta autem  
 ejus facta sunt alba sicut nix. Et ecce, apparu-érunt illis Mó-yses et  
 E-lí-as cum e-o loquéntes. Respóndens autem Petrus, dixit ad Jesum:  
 Dómine, bonum est nos hic esse: si vis, faci-ámus hic tri-a tabernácula,  
 tibi unum, Mó-ysi unum, et E-lí-æ unum. Adhuc e-o loquénte, ecce, nubes




lúcida obumbrávit e-os. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Fí-li-us




me-us di-léctus, in quo mihi bene complácu-i: ipsum audí-te. Et audi-




éntes discípu-li, cecidérunt in fáci-em su-am, et timu-érunt valde. Et




accessit Jesus, et té-tigit e-os, dixítque e-is: Súrgi-te, et no-lí-te timé-re.



Levántes autem óculos su-os, néminem vidérunt, ni-si solum Jesum. Et



descendéntibus illis de monte, præcépit e-is Jesus, dicens: Némini



dixéri-tis vi-si-ónem, donec Fí-li-us hóminis a mórtu-is resúrgat.